



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ivo Conf. 19. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

19. Maii. VITÆ SANCTORUM. 321  
sim agris salutare. Illud penè excidit:  
Cilicinum ejus thoracem asservari regii  
sanguinis purpurâ etiam hodie rubentem,  
loricam, qualem hodie in Principum ar-  
mamentariis rarò videas. *Ex Vite Aquil-  
loniâ Joannis Vastorii.*

*Paratus est Deus & cadentem suscipere  
& eripere fugientem; ut videri possit re-  
lictis omnibus aliis ei soli operam dare: pro-  
pterea expedit omni anima Deum semper  
attendere tamquam proprium non modo  
adjutorem, sed etiam inspectorem. S. Bern.  
ser. 5. super. Qui Hab.*

S. IVO CONF. 19. Maii.

**H**ic ille inter Jurisconsultos Phoenix,  
Ivo est, pauperum advocatus. His  
ille linguam suam non vendere, sed eo-  
rum causam beneficiis sibi emere. Hinc  
quotidie hospitio eos suscipere, pedibus  
aquam affundere, mensæ suæ convivas  
adhibere; de victu ac vestitu, quò illis  
adderet, sibi demere, & ne deessent, qui  
patrem vocarent, binos conjuges unâ  
cum IV. libetis domi suæ in IX. an-  
num alere: ut planè penum IVO NI S  
pauperum posses sinum appellare. Ipse  
interim tam in se durus, quàm in alios  
benignus, corpus cilicio affligere, som-  
num humi capere, inter preces septem  
ipso dies sine cibo persistere, jejunia le-  
gibus Christianis imperata pane &  
X aqua

322 VITÆ SANCTORUM. 19. Maii.  
aquâ transigere. Talis igitur Advocatus  
quid mirum si orationi suæ semper Cæ-  
lites habuit faventes? Hi certè panem,  
qui unus suppetebat, inpauperes dispen-  
santi, tres alios submisere: hi exrescere  
sæpè stipem exiguam fecerunt, ut bene  
multis sufficeret. Ipse *Christus*, mer-  
dicum præferens, mensæ illius (Su-  
peri, qualis hospes!) assidere, & abi-  
turus bene precari voluit. Inde ille jam  
medicus etiam omnes passim morbos  
pellere, flammæ precibus extinguere,  
crucis signo per aquas sibi viam facere,  
demum fari sui non ignarus, stramentis  
incubare, & morienti, quem manu te-  
nebat, *Christo* immori, ut ante homi-  
num semper, ita etiam tunc ante DEI tri-  
bunal victor. Tam bona, ô Iurisconsulti,  
pauperum est causa! *Ex Surio.*

*Non memini me legisse malâ morte mor-  
tuum, qui libenter opera charitatis exer-  
cuit: habet enim multos intercessores, &  
impossibile est multorum preces non exaudi-  
ri. S. Hier. Ep. ad Nepot.*

S. DUNSTANUS EP. 19. Maii.

**I**Nter Angelos, quos Anglia genuit,  
etiam DUNSTANUM numerata, cui  
ferum fuit, miracula in cunis inchoare;  
nosci prius, quàm nasci voluit. Mater  
eo gravida Purificatæ Virginis die Nu-  
mini supplicabat: cum repente extinctis  
occul-